



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De ordinatis si in iustè degradati fuerint. cxcii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

tuimus ut gradu amissio, agendæ pœnitentiae gratia in monasterio, aut canonico aut regulari mittantur. Si vero hoc fieri causa quælibet prohibuerit, ubique sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autem amissio gradu seculariter vivere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab Ecclesiæ communione separantur.

*De ordinatis si iniustè degradati fuerint. Cap. CXCII.*

**E**piscopus, presbyter aut diaconus, si à gradu suo iniustè *Ex eodē* deieclus, in secunda synodo innocens reperiatur, non *cap. 28.* potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altari de manu episcoporum. Si episcopus est, orarium, annulum, & baculū. Si presbyter, orarium, & planetā. Si diaconus, orarium, & albam. Si subdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus in reparationem sui recipient, quæ quum ordinarentur, percepérant.

*Ex ordinatis qui episcopum proprium contemnunt. Cap. CXCIII.*

**S**i quis presbyter, aut diaconus episcopum pro priū contemnens, se ab Ecclesia sequestrauerit, & seorsum colligens altare constituerit, & commonēti episcopo non ac. *Ex cōcil.* *Antio.* *cap. 5.* quicuerit, nec consentire vel obedire voluerit, semel & iterum conuocanti: hic damnetur omni modo, nec ultra remedium consequatur.

*Si presbyter contra suum episcopum inflatus scisma fecerit, ut anathematizetur.*

*Caput CXCIII.*

**A**burnuersis episcopis dictum est: Si quis presbyter ab episcopo suo correptus fuerit, debet vtique apud vicinos episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, *Ex conc.* *Carthā.* *cap. 11.* ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus secederet, se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schismatica faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Si querimoniam iustum aduersus episcopum non habuerit, inquirendum erit.

*De illis qui aliquem ex ordinatis falso crimine appetierint. Cap. CXCIV.*

**S**i quis episcopum, aut presbyterum, vel diaconum, falsis *Ex eodē* criminibus appetierit, & probare non potuerit, nisi in *cap. 5.* fine dandam ei non esse communionem.